2

70

Incipit Liber beati Auguſtini de diſciplina
criſtiana ........ quo de proximis et alijs quid se hat

LOcutus ē ad nos ſermo dei. et deprom
ptus ē ad exortacōꝫ noſtrā dicēte ſcri
ptura. Accipite diſciplinā in domo di
ſcipline. Diſciplina a diſcendo dicta eſt
diſcipline dom⁹ eſt eccleſia criſti. Quid ergo hic
dicitur. vel quaē dicitur. Qui diſcūt. a quo diſcūt
dicitur bene viuere Propter hoc dicitur bene vi
uere. ut pueniatur ad ſemp viuere. Diſcunt xpi
ani docet criſt⁹. Primo ergo quid ſit bene viuē
deinde que ſit merces bone vite. Tercio qui ſint
veri criſtiani. Quarto q̄s ſit ver⁹ magiſter. Pau
ca loquentibus nobis ſicut dn̄s donat audire di
gnemini. Omēs in domo diſcipline ſum⁹. ſꝫ multi
nolūt habere diſciplinam. Et quid eſt peruerſius
nec in domo diſcipline volunt habere diſciplinā
cū ꝓptea debeant in domo diſcipline accipe diſci
plinam ut ſeruēt illā in domibus ſuis. Ipſi cōtra
diſciplina cōem non ſolum in domibꝫ ſuis habē
nolunt. ſꝫ nec ferre illā ſecum eē ad domum diſci
pline. Ideo apud eos non vacat verbum dei quā
cor auri cōiungunt. Qui non ſunt via vbi ſemen
cū ceciderit ab auibus colligitur. Qui nō ſunt pe
troſa loca vbi ſemen altā radicem habē non pōt
Et ad horam exit et in eſtu areſcit. Qui non ſunt

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ager ſpinoſus vbi ſemen cum germinauerit ⁊ in
auras ſurgē ceperit ſpinarꝝ denſitate ſuffocatᷣ. Sꝫ
qui ſunt terra bona parata ſemen accipe ⁊ fructum
reddere. vel centenū vel ſexagenum vel tricenum
Recordamini enim qui non ſine cauſa intratis di
ſcipline ſcolam has me ſimilitudies ex euangelio
cōmemoraſſe. Qui igitur tales ſūt accipiant ꝙ p
me dn̄s dicere dignatur. Ego quoniam ille ſemi
nat quid ſum. Vix cophinus ſeminantis ipſe in
me dignatur ponere quid vobis ſpgat. Nolite
ergo attendere ad vilitatem cophini. ſꝫ ad carita
tem ſeminis ⁊ ptātem ſeminatoris. quid eſt ergo
bene viuē. quid hic diſcitur. Precepta multa ſūt
in lege quibus ipſa bona vita continetur impara
tur ⁊ diſcitᷣ. Multa omnino ꝑcepta ſūt et innume
rabiles preceptorū ipſorum paginas vix quiſqꝫ
enumerat ꝙtomagis ipſa voluit. Tamen deus
propter eos qui ſe volunt excuſare. vel quia eis
non vacat legere. vel quia non norunt legere ł
quia non poſſunt facile intelligere ut excuſacōeꝫ
nemo habeat in die iudicij voluit ſicut ſcriptum
ē ꝯſūmare ⁊ breuiaē verbū ſup terrā ſic̄ de illo ꝓ
pheta ꝑdixerat. Verbū ei ꝯſūmās et breuiās fa
ciet dn̄s ſup terrā hoc ipm v̄bū ꝯſūmatū ⁊ breui
atū nec obſcurꝝ de⁹ eē voluit iō breue ne nō vaca Duo negatiue faciunt una affirmatio
rꝫ legē iō aptum ne dicat nō michi licuit intel
ligere. theſaurus ergo eſt magnus diuinarum

ſcripturaꝝ habens in ſe mirabilia precepta mł
ta taꝗ̄ multas gēmas ⁊ pcioſa monilia ⁊ vaſa
ingentia ⁊ magna metalla. Sꝫ quis poteſt ſcruta
ri theſauꝝ iſtum et vti eo et puenire ad omnia q̄
ibi ſunt. Quando hanc ſimilitudinē dn̄s dedit in
euāgelio ⁊ dixit Simile ē regnū celorum theſau
ro inuento in agro. Ne quis ſe minus ydoneum
diceret ad pſcrutandū theſaurum· continuo de
dit aliam ſimilitudīez. Simile ē regnum celorum
homini negociatori querenti bonas margaritas
qui inuenit ·u· p· m· et vendidit omnia que ha
buit et emit illam· ut ſi piger eras ad pſcrutādū
theſaurū· non ſis piger vnam margaritam ſub
lingua ferre ⁊ quo vis ſecurus ambula. Quid ē
ergo verbū conſūmans ⁊ breuiās Diliges dn̄m
deum tuū ex toto corde tuo ⁊ ex tota aīa tua et ex
tota mente tua Et diliges ꝓximum tuum ſicut te
ipſum. In hijs duobꝫ preceptis tota lex pendet
⁊ ꝓphete. Ecce quid diſcitur in domo diſciplīne.
Diligē deū diligē ꝓximū· deū taꝗ̄ deū ꝓximū taꝗ̄
te Non ei inuenis parē deo ut tibi dicat᷑ dilige
deū ſic diligis illū. De proxio inuēta ē tibi ēgula
qꝛ inuentus eſt ꝓximo tuo par. Tu ipſe queris
quomodo diligas ꝓximum. Attēde te ipſum et
quomodo te diligis· ſic dilige proximum. Non
eſt vbi erres volo iam ergo ⁊ tibi cōmittere pro
ximum tuum ut diligas eum taꝗ̄ te ipſū. Volo

ſed adhuc timeo. Volo tibi dicē. Dilige ꝓximū
tuum ſicut teipſū ⁊ timeo. Adhuc enim diſcutē
te volo quō diligas teipſū. Noli ergo egre ferre
nō es tu ipē facile dimittēdus cui eſt ꝓximus cō
mittendꝰ. Non tranſitorie tecum agendū eſt· tu
homo vnꝰ es· ꝓximi tui multi ſunt· non enim p̃
mo ſic debes intelligē ꝓximum vel fratrem vel
cognatum vel affinē. Proximꝰ eſt omni homini
oīs homo· ꝓximi ſibi dicūt pater filius ſocer ge
ner. nichil tam proximum q̃ꝫ homo ⁊ homo. Sꝫ
ſi putamus non eſſe proximos niſi qui de eiſdē
pntibus naſcuntur Adam et euā intēdamus et
omēs fratres ſumꝰ. Et quidē frēs ſecuūdum ꝗ
homines ſumus q̃ꝫ tomagis ſecundum ꝗ criſtia
ni ſumus. Ad id ꝗ homo es vnꝰ pater fuit adā
vna mater eua. Ad id ꝗ criſtianus es vnus pa
ter eſt deus· vna mater eccleſia. Videte ergo q̃ꝫ
tos proximos habeat vnus homo· omnes homi
nes in quos incurrerit quibꝫ iungi potuerit pro
ximi eiꝰ ſunt. Quomō ergo diſcutiendus eſt vtꝝ
diligat ſe cui conmittendi ſunt tot ꝓximi ut ſic
eos diligat tāq̃ꝫ ſe· non ergo iraſcat vnuſquiſqꝫ
ſi diſcucō quomodo ſe diligat. Certe ego diſcucō·
qꝛ ego iuenturꝰ ſū· iō diſcucō ut ipē ſe interroget
Ipē ſibi appareat· ipſe ſe nō lateat· ipē ſibi ſe nō
abſcōdat· ipē ſibi ſe āte oculos ſuos nō poſt dorſū
ponat. Me loquēte faciat hoc· me neſciente faciat

hoc quomõ te diligis quiſq; me audis. Immo quiſq; me p deum audis in hac domo diſciplĩe Attende te quomõ te diligis. Quis enim ſe odit Ergo non diligis iniquitatem ſi te diligis. Nam ſi diligis iniquitatem nõ ego dico pſalmũ audi Qui diligit iniquitatem odit animã ſuam. Ergo ſi diligis iniquitatem audi veritatem. veritatem non te palpantẽ. ſʒ a pte tibi dicentẽ odis te q̃to magis dicis qꝫ amas te odis te qui diligit iniquitatem odit animam ſuam. Quid dicã de carne q̃ ps vilioꝛ eſt hominis ſi animã odit. quõ carnem diligit. Demq; qui iniquitatẽ amant ⁊ oderunt animam ſuam omnem turpitudĩnẽ exercent de carne ſua. Jam ergo qui diligis iniquitatẽ quõ tibi volebas ꝯmitti proximum ut diligeres eum tanq̃ te homo q̃d pdis te. Si enim tuipſe ſic te diligis ut pdas te. ſic profecto pditurus es ⁊ eum quem diligis ſicut te. Nolo ergo queq̃ diligas vel ſolus pi. Aut corrige dilectionem aut reſpue ſocietatem. Dicturus michi eris. diligo ꝓximũ tanq̃ meipſum. Audio plane audio inebriare vis cum illo quem diligis tanq̃ te ipſum Bene nobis faciam⁹ hodie q̃tũ poſſum⁹ bibam⁹ vide qꝫ ſic te diligis ⁊ illũ ad te trhis et ad qd amas vocas. Neceſſe eſt ut quẽ diligis tanq̃ te illuc illũ trahas ad qd te amas humanus homo immo beluin⁹ amando talia qualia belue Beluas ei

de⁹ in faciē fecit ꝓſtratas paſtum querētes de terra·te in duos pedes erexit de terra·tuā faciem ſurſū attēdere voluit. Non diſcordet cor tuū a facie tua non habeas faciē ſurſū ⁊ cor deorſum. Immo verbū audi et verum fac·cor ſurſū ne mētiaris in domo diſciplīe·qui enim audis reſponde· ſ; ſit verū quod reſpondeas·et diliges ꝓximum tanꝙ teipſū. Quid eſt enim ſurſū habere cor niſi quod dictum eſt prius Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo·⁊ ex tota anima tua ⁊ ex tota mente tua. Quia ergo duo precepta ſunt· ſi vnum diceret non ſufficeret·ſufficit et vnum ſi intelligatur. Nam aliquando ſic loquitur ſcriptura ſicut Paulus apoſtolus. Non adulterabis· non homicidium facies·non concupiſces·et ſi ꝙ eſt aliud mandatum in hoc verbo recapitulatur Diliges proximū tuum ſicut teipſum Dilcō proximi malū nō opat̄. Plenitudo aūt legis eſt caritas. Quid eſt caritas·dilectio. Nichil videtur dixiſſe de dilectione dei·ſ; ſolam dilectionē ꝓximi dixit ſufficere ad implendam legem. Quicquid ē aliud mandatū in hoc ſermone recapitulatur in hoc ſermone impletur. In quo diliges proximū tuum ſicut teipſum. Ecce vnum eſt·certe duo ſūt in quibus preceptis tota lex pendet ⁊ prophete. Videte quomodo plus breuiatum et adhuc pigri ſumus. Ecce que duo erant vnum factū ē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Prorſus ꝓximū dilige ⁊ ſufficiat. Sꝫ dilige quō te
ipſū dilgis. non quō te ipſum odiſti. Dilige ꝓxi
mū tuū tanꝙ te ipſū. ſꝫ prius ē ut diligas teipm̄
Quere habes quō diligas teipſum et audire ha
bes Diliges dn̄m deum tuū ex toto corde tuo ⁊ ex
tota aīa tua homo enī quō a ſe fieri nō potuit. ſic
nec beatꝰ a ſe fiei poteſt. Alia res eū fecit homīez
qđ nō eſt ipſe homo. Alia res eū factuā ē beatū ꝙ
non eſt ipē homo. Demqꝫ errās videt ipſe qꝛ p ſe
non pōt beatꝰ eſſe. ⁊ amat illud vn̄ fit beatus vn̄
fieri putat beatū hoc amat ꝙ putamꝰ amat vnū
putat ſe fiei beatū. Pecuniam autē argentum poſ
ſeſſioēs. Breuiter dico pecuniā. Totū ei quicq̄d
homines poſſident in terra oīa quorum dn̄i ſunt
pecunia vocat. ſeruus ſit. vas. ager. arbor pecus.
quicq̄d hoꝝ pecunia dicitur. Et vnde ſit primum
vocata pecunia. ideo pecuia. qꝛ antiqui totū quod
habebāt in pecoribus habebāt. a pecore pecunia
vocat. Legimꝰ ātiquos patres fuiſſe diuites pa
ſtores ergo pecuniā diligis o homo vnde putas te fi
eri beatū pecunia ē ⁊ multū eā diligis. Volebas
diligē ꝓximū tanꝙ teipſū. diuide cū illo pecuniā
tuā qđ diſcuciebā intuens apperuiſti tibi vidiſti
te cōſideraſti te. Non es patus diuidē pecuniam
tuā cū ꝓximo tuo. Sꝫ quid m̄ reſpōdetur ſi diuiſe
ro cū illo minꝰ erit m̄ ⁊ illi. Minuitur qđ amo nec
totū habebit ille nec totum habeo ego. Sꝫ quia

ut nec meũ minuatur. ⁊ ipẽ michi coequetur op
tas vnde michil pdas atq; vtinam hoc verum di
cas vel optas· timeo eñ ne inuideas . Quõ enim
ſocialis erit felicitas tua quem torquet felicitas
aliena . None cũ ceperit diſcere vicin⁹ tuus ⁊ in
cipe quaſi ſurgẽ ⁊ ire poſt te times ne ſequatur
te times ne trãſeant te. Certe diligis ꝓximũ tuũ
tãq̃ te ipſũ. ſ; nõ loquatur de inuidis . Auertat
deus hanc peſtẽ ab animis oĩm hominũ· nedum
criſtianoꝝ viciũ dyaboli cũ qua ſol⁹ dyabol⁹ re
us ẽ ⁊ inexpiabiliter reus· nõ eĩ dicit̃ dyabolo ut
dampnet̃ adulteriũ cõmiſiſti furtũ feciſti villam
alienã rapuiſti· ſ; homini ſtãti lapſus inuidiſti.
Inuidia dyaboli ɔuiciũ· ſ; hab; matrẽ ſuã Super
bia mater ẽ inuidie· ſupbia iuidos facit. Suffoca
matrẽ ⁊ nõ erit filia· iõ humilitatẽ docuit criſt⁹
nõ ĝ loquar iuidis bñ optãtibus loquor· illis lo
quor q̃ optãt bñ amicis· ut habeãt qñtũ habent
⁊ ipſi· ſ; nolũt illis daẽ ex illo qd bñt· iñ te iactas
homo criſtiaẽ q optas bene. Melior te ẽ mendi
cus q̃ pluã tibi optat ⁊ ñl h; . Bene vis optare
nil a te accipiẽti· da aliq̃d bene optãti . Si bonũ ẽ
bene optaẽ ẽd de mercedẽ· optat tibi bene pauper
qd trepidas· addo aliq̃d ĩ domo diſciplie es addo
alq̃d q dixi da bene optãti xpc ẽ ille diues pau
pẽẽ voluit ut habẽs paupes q̃b; daẽs da aliq̃d
fñi tuo da ãq̃d ꝓxio tuo da aliq̃d comiti tu diues

74

Da aliquid proximo tuo da aliq̄d comiti. tu diues es ille paup est. Vita iſta via eſt ſimul ambulabitis. ſꝫ forte dicis. ego diues. ille paup. Simul ambulabitis an nō. quid ē ꝙ dicis ego diues ille paup. Sarcinam tuā cōmemoras pōdus tuū laudas ⁊ cōſtrinxiſti qd grauius eſt ad te ſarcinam tuā. ideo nō potes porrigere manū. Onora te liga te quid te iactas. quid te laudas. ſolue vincula tua. minue de ſarcina tua. Da comiti et illū adiuuas ⁊ te eleuas inter has voces laudantis ſarcinā tuā adhuc criſtꝰ petit ⁊ nō accipit ⁊ offendis nomē pietatis crudelibꝫ vocibꝫ ⁊ dicis. Et quid ſeruo filijs meis criſtū illi oppono filios ſuos m̄ opponit. Iſta vere iuſticia mag̃ ut habeat vnū luxuriet̄ filiꝰ tuus egeat dn̄s tuꝰ. Cū enim vni ex minimis meis feciſtis. m̄ feciſtis. nū legiſti. nū timuiſti. Ecce quis egꝫ ⁊ filios tuos numeras. Poſtremo numera filios tuos adde vnū illū inter illos deū tuum vnū habes ſit ille ſecūdus. Duos habes ſit ille terciꝰ. Tres habes ſit ille quartꝰ. Nichil hoꝝ vis. Ecce quō diligis ꝓximū tuū quē tibi facis ſocium ad iſtā ꝑdicōēꝫ quid dicturꝰ ſū diligis ꝓximum. Quid illi in aures in ſuſurrabis hō auaē niſi filij aut frater aut pr̄. Bonum ē nobis ut cū hic viuimꝰ bene ſit nobis quantū habebis tantū eris. Frange lunā fac fortunam. Iſta ſuſurrabis ꝓximo tuo. q̄ nō didiciſti i domo fortuē

o que non didiciſti in domo fortune non audiſti hoc volo ſic diligas proximū tuum. O ſi poſſim facere ut nulli iungereris. corrumpunt enim mores bonos colloquia mala. Sed non poſſum. Nō poſſum facere ut nemini iungaris. cui mala iſta que non vis dediſcere inſuſurres. et nō ſolum nolis dedoceri. ſed affectes etiam docere nolo. ymo volo. ſed non poſſum te diſiungere ab auribus aliorum. alios admoneā ad quorum aures ambis. quorum aures penetrare moliris. ad quorū corda per aures intrare diſponis. o qui accipis verbum ſanum in domo diſcipline. ſepi aures tuas ſpinis. ſepi et ſpinis ſepi. ut ille qui inoportune intrare auſus fuerit. non ſolum repellatur. ſ etiā cōpungatur. expelle illum a te. dic criſtianꝰ es criſtianꝰ ſū. Nō hoc accepiꝰ i domo diſcipline non hoc didiciꝰ ſub illo magiſtro cuiꝰ cathedra i celo ē noli m̄ iſta dicē aut noli ad me accedere. Hoc ē enim ſepi aurēs tuas ſpinis. Conuertā. te auarus es. pecuniam amas. Beatus eſſe vis deum tuum ama. Pecuīa te nō facit beatū. ſ ꝗ multū amas pecuniam. et video quia pergis quo iuſſerit cupiditas. piger perge quo iubet caritas. Reſpice et vide q̄tum interſit inter pecuniam tuam et deum tuum. Pulchrior eſt iſte ſol q̄ pecunia tua. et cū ſol iſte non eſt deus tuus. porro ſi pulchrior eſt iſte ſol q̄ pecuia tua q̄tum eſt pulchrior qui fecit

hanc lucem. An forte cõpãre vis pecuniam luci
Ecce occidit ſol oſtẽde michi pecuniã tuam. nitet
ꝛ lucernã nocte ſubtrahat. Ecce diues es. oſten
de m̃ diuitias tuas. Jã ſi lumīe priueris. iã nõ ha
bes vnde qꝰ habes videas vbi ſũt diuitie tue ꝛ ſic
tamẽ horrẽda ꝓfunditas auaritie nõ patꝫ ocul
ꝛ ſcatet anim9. vidim9 ꝛ cecos auaros. Dicatur
m̃ vñ auari ſũt ceci qui nõ vidẽt q̃ habꝫ nec habꝫ
ꝛ tamẽ auar9 ẽ cecus. quaẽ quia credit ſe habẽ
auar9 eſt. fides eũ facit diuitem credẽdo diues eſt
nõ videndo. q̃to melius cũ fidem cõuertit ad deũ
Non vides ꝙ poſſides et deũ tibi ſic predico non
ama ꝛ videbis. amas pecuniã. o cece q̃ nũq̃ vide
bis. Cecus poſſides. cecus moritur9 es ꝙ poſſides
hic relictur9 es nõ tenebas ꝛ quãdo videbas ꝙ
nõ videbas ꝙ habebas de deo q̃d tibi dicitur ecce
hoc tibi dicit ipſa ſapiã amate illã tanq̃ pecuniã
Indignũ ẽ iniurioſũ eſt ut ſapiã pecunie ꝯparetꝰ
ſꝫ amor amori cõpatur. Video ei ſic vos amaẽ pe
cuniã ut iubẽte amoẽ pecuie laboẽs ſuſcipiatis ie
iunia tolẽtis. maẽ trãſeatis ventis ꝛ fluctibꝫ vos
cõmittatis habeo vnde eligã qꝰ ametis. ſꝫ non
habeo. qꝰ addam ad amorem quo amatis. Sic
amate plus nolo me amari dicit dñs. Improbꝰ
loquor. Auaris loquor pecuniã diligitis. tantum
me diligite. Certe melior ſũ incõpabiliter. Nolo
a vobis ampliorẽ amorẽ quãtũ diligitis pecuiaꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tm̄ me amate Erubeſcaꝰ ſaltē cōfiteamur ⁊ pecto
ra tūdamꝰ. nō ut ſupra pccā noſtra pauimentū
ſolidemꝰ. Non qui tūdit pectꝰ ⁊ nō corrigitur ſoli
dat pccā ⁊ nō tollit. tūdamꝰ pectus ⁊ cedamꝰ et
corrigamur a nobis. ne ille poſtea nos cedat qui
magiſter ē. Diximus enim quid diſcat. quare di
ſcat. quaē iſti in ſcolā. vapulaſti a ꝑntibꝫ ductꝰ
⁊ fugitās queſitꝰ ⁊ inuētus. ⁊ adductꝰ attractus
extēſus es. Quaē vapulaſti. quaē tanta mala in
pueritia ꝑtuliſti ut diſcēs. quid diſceres, litteras,
quaē, ut habētur pecunia. aut cōparetur honor ⁊
teneatꝰ ſublimitas dignitatis vide qꝛ periturꝰ es
ꝓpter ꝑiturā rem. perituram rē cū tanto labore di
diciſti ī tātis pēis ⁊ amabat te q̄ te ad pēās trahe
bat. ipē qui te amabat. ipē te ad penas trahebat
ut. vapulaēs amādo faciebat ut diſcēs. q̄d lictu
ras. Bonum ſunt littere. noui dicturꝰ es m̄. quaē
⁊ vos ep̄i non lrās legiſtis. q̄re nō d'imas ſcriptu
ras ī ip̄a lrātura tractatis. ita vero ſꝫ nō ad hoc di
diciꝰ lrās. nō ei ꝑntes nr̄i qn̄ nos ī ſcolā mittebāt
hoc nob̄ dicebāt. diſcite lrās ut hēatis vn̄ legē co
dices dn̄icos. nec ip̄i xp̄iani filijs ſuis dicūt. diſci
te litteras. quare ut ſis homo. quid enim. mō pe
cus ſum. quid dico ut ſis homo. ut ſis eminens
inter homines. vnde ⁊ illud prouerbium. quan
to habeb̄ tātꝰ eris ut hēas qn̄tū ceteꝛi ant qn̄tum
pauci. aut plus quam ceteꝛi. aut plꝰ quam pauci

Si deū neſcias nihil ē ſi cetera diſcas.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

habeas in̄ honores habeas in̄ dignitatem ⁊ vbi
erūt iſta omnia cū mors venerit quō ſtimulant·
quō metus iſte interpellat·quō nomem ipſum
ante cōmemoratū oim corda pcuſſit·quō timorē
ipſū teſtatis gemitu·quō declaraſtis ·Audiui au
diui gemuiſtis·mortē timetis·ſi timetis? quare
nō cauetis·Mortē timetis·quid timetis? ventura
Timeam non timeā·venire habꝫ·ſero cito vētuā
ē·Si timeas nō efficies ut nō ſit qđ times ·Illud
potiꝰ time qđ ſi nolis nō erit·q̄d? peccaē·peccaē
time·qꝛ ſi amaueris peccata in aliā mortē irrues
quo poſſes nō venire ſi non amares pccā ·Modo
aūt puerſus plus amas mortē q̄ vitā·Abſit inq̄
Quis eſt hominū qui plꝰ timet mortem q̄ vitam
Forte cōuinco te qꝛ plus amas mortem q̄ vitam
Ecce vnde te cōuinco·Amas tunicā tuam bonā eā
vis·amas villā tuā·bonam eā vis·amas filium
tuū·bonum illū vis·amas amicū tuum·bonū eū
vis·amas domum tuā·bonā eam vis·Quinetiā
bonā vis habē mortē ·Concidite enim rogas ut
qm̄ mors ventura ē·bonam mortē michi det deus
dicis deus auertat a me malam mortē· Plus ḡ
amas mortē tuā q̄ vitā tuam·mori male times
male viuere non times· Corrige male viuere ti
me male mori·Sed noli timere·non poteſt male
mori q̄ bene vixerit prorſus cōfirmo·audeo dicē
Credidi ꝓpter qđ locutꝰ ſum·nō pōt male mori

qui bene vixerit Jam tu dicis tibi non multi iuſti
naufragio perierūt. Certe nō poteſt male mori q̄
bene vixerit. Non multos iuſtos gladiꝰ pemit
hoſtilis. Ecce nō pōt male mori qui bene vixerit.
Non multos iuſtos latrones occiderūt. Nō mul
tos iuſtos beſtie laniauerunt. Certe non poteſt
male mori qui bn̄ vixerit. Et ego rn̄deo. Hec enī
tibi videtur mala mors. naufragio perire gladio
percuti. a beſtijs laniari mors mala tibi videtur.
None has mortes martires ſubierunt. Quoꝝ na
talitia celebrem̄us. quod genus mortis non ſubi
erunt. ⁊ tamen ſi criſtiani ſumus. ſi in domo diſci
pline nos eſſe meminimꝰ ꝙ hic audimꝰ nonne
martires btificaꝰ. quarē mortes martirū oculos
carnis interroga male mortui ſunt. oculos fidei int
roga. ꝑcioſa ē ī ɔſpctū dn̄i mors ſcōꝝ eiꝰ q̄cq̄d ḡ ē
ꝙ exhorres i morte oīno nō exhorreas. ſi eos imi
taris. id age ut vitā bonā habeas q̄cūqꝫ occaſio
fuerit ut exeas de corpe hoc exis ad requiem exis ad
btitudinē q̄ nō hꝫ timorē nec finē. nā q̄i boā mors
diuitis ī purpurā ⁊ biſſo. ſꝫ mala mors ſicientis ⁊ in
tormēta guttā aq̄ deſiderātis q̄i mala mors iacē
tis paupis āte ianuā diuitis iter liguas canū in
fame ⁊ ſiti micas de mēſa deſiderātis. mala mors
auſāda mors finē r̄ſpice xpianꝰ es fidei oculū itē
de ɔtigit moī iopē illū ⁊ offerri ab āgel' ī ſinu abr̄
he qd ꝓderat diuiti ſepulcrū marmoreū ſicienti.

apud inferos. Quid obeãnt pauꝑi panni cum ſa
nie vlcerꝫ eius requieſcenti in ſinu Abrahe. Lõge
vidit requieſcentem eũ quem cõtempſerat iacẽ
tem. Modo elige mortem. dic michi quis bene
mortuꝰ eſt. quis male. Puto quia meliꝰ ille pau
per ꝙ̃ ille diues. An vis aromatibꝫ ſepeliri ⁊ ad i
feros ſitire. Reſpondes abſit a me. puta ꝙ hoc di
ces. Diſces ergo bñ mori. ſi didiſceris bene viuẽ
Merces ei bone vite eterna ẽ. q̃ diſcunt criſtiani
ſunt. Qui audiunt ⁊ nõ diſcunt quid ad ſeminã
tem. ſeminãtis manũ non terret via. non terrẽt
lapides. nõ terrent ſpine. iactat ille ꝙ ſuũ ẽ. Qui
timet ne cadat in terrã malam non perueniet ad
terram bonam ⁊ nos dicimus ſpargimꝰ ſemina
iactamꝰ ſemina. ſunt qui cõtempnũt. ſunt qui re
prehendunt. ſunt qui irridẽt iſtos. Si nos timue
rimus ñl habemꝰ ſeminare. ⁊ in meſſe habemꝰ
eſurire. ergo veniat ad terrã bonam. Scio ꝙ qui
audit ⁊ bene audit deficit ⁊ ꝓficit. Deficit iniqui
tati. proficit veritati. deficit ſeculo. proficit deo
Quis eſt enim magiſter qui docꝫ nõ qualiſcunqꝫ
homo. ſꝫ apoſtolꝰ. plane apoſtolꝰ ⁊ tamẽ apoſto
lus. An vultis inquid experimentum eius accipe
qui in me loquitur xp̃us. Criſtus eſt qui docet.
cathedram in celo habet ut paulo ante dixi. Sco
la ipſius in terra eſt. ⁊ ſcola ipſius corpus ipſius
eſt. Caput docet mẽbra ſua lĩgua loq̃tur pedibꝫ

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

ſuis criſtus eſt qui docet audiam⁹ teneam⁹ facia
mus. ⁊ ne cõtempnas ⁊ ipſum criſtum. quia pro
pter te incarnatus eſt pãnis mõꝛlitatis circũda
tus ꝑpter te eſuriuit ⁊ ſitiuit. ꝑpter te ad puteum
laſſatus ſedit ꝑpter te fatigatus in mari doꝛmiuit
ꝑpter te cõtumelias indigne audiuit. ꝑpter te a
facie ſua ſputa hominũ non abegit. ꝑpter te ala
pas in faciẽ accepit. ꝑpter te in lingno pependit
ꝑpter te animã effudit. ꝑpter te in ſepulchro po
ſitus eſt. Hec omĩa foꝛte contempnas in xp̄o vis
noſſe quis ſit. Recole euãgelium qđ audiſti Ego
⁊ pater vnum ſum⁹ cõuerſi ad deũ ⁊ c̄ Amen.

Explicit liber Aug⁹. de diſciplina criſtiana.






Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf